



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

65 Qvonam Modo Reformationes suorum iudiciorum nec obseruent,
neq[ue] manu, hoc est, executione debita tueantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

tantum iudicio conuenire possent, ac Canonicam huic indi-
cere mulctam, reseruata tamen ciuili magistratui, qui periu-
ros pœnali iudicio secundum ciuiles sanctiones plectere ius
habent, commissa sibi ob id poena.

QVONAM MODO REFORMATI ONES
suorum iudiciorum nec obseruent, neq; manu, hoc est, execu-
tione debita tueantur.

65 Præterea, nedium rationi consona iura cōmunia, sed & ec-
clesiarum aliquot cathedralium, propriæ reformati ones, no-
toriæ, in q̄ plurimis casibus negliguntur, irritaq; fiunt, dum
contrarius ex eisdem ducitur sensus. Exequuntur enim hæ
contra hos tantum, quorum potestatem ipsi nō reuerentur.
At si res potentiores, aut eos, quibus manu pares esse non
possimus, contingat, tum ex iuris sui rigore remittunt quip-
piam. Nam etsi maxime episcopi locorum ordinarij, aut eo-
rum officiarij a vīm passis, aut his, quibus contra ius iniuriæ
illatæ sunt, pro debita iustitiæ executione, ac talium grauami-
num onerumue abrogatione interpellentur. Sæpenumero
tamen euenit, vt quærela hæc, vel præpositum contingat,
vel decanū, vel certe capitulum, ac ecclesiæ canonicos capi-
tulares, hoc est eos, contra quos loci huius ordinarius episco-
pus, vtcuncq; æquitati fauens, remorante eum hac via, in ele-
ctione præstita, ac promissa fide, meritā trāsgressionis emen-
dationem atq; mulctam presumere, eisq; infligere nō audeat.

66 Ad hæc episcoporum ac prælatorum nonnulli pro tempo-
re ecclesiasticorū iudiciorum Synodusq; ad suum libitū spe-
ciales quasdam & prætentas ferunt reformati ones, ordina-
ti ones, leges atq; statuta, quæ ipsa multifariam a iure cōmu-
ni dissident, ac seorsim toto ciuili magistratui & iurisdictioni,
eorumq; subditis derogant, atq; pernitiem adferunt. Neq; vi-
lam præ se ferentia æquitatem, q; ad ecclesiasticorum priua-
ta compendia, inc; laicorum necem sint excogitata, atq; effi-
cta. Eamq; ob rem laici ea acceptare, aut his parere minime
tenentur.